



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

16. An recte Confessarij imponant pœnitentias applicandas pro animabus  
Purgatorij? Ex p. 3. tr. addit. res. 11.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

tione, & exemplis latè probatimus. Cùm ergo Confessarius possit præcipere opera honesta : & virtutum, in pœnitentiam; non videtur dubium in genere, & de possibili loquendo, quod possit aliquando præcipere pœnitenti, ut ablineat à Communione tali die; quando, scilicet, conflat, melius esse tunc abstinerè, quam accedere, quod ex statu pœnitenti, & defectu reverentia, & dispositionis colligi prudenter potest. Dum tamen illa omissio Communionis non sit occasio alii iudicandi, quod à Confessario fuerit in pœnitentiam imposta, ne forte hac via cogeretur pœnitenti suam Confessionem manifestare. Regulariter tamen non expedit talem pœnitentiam impone, licet in casu ratiōnē negandū non sit, quod possit vtiliter imponi.

Sup. hoc cum eo sem San  
cio hic cita  
to in Ref.  
præterita, §.  
vltim. proprie  
tatem, ver.  
Et tandem  
tertio notar.

4. Magis autem displaceat, quod prædictus Sancius, disp. 30. notat, quod sumptio Eucharistia, licet possit in pœnitentiam imponi, quia est actus virtutis religiosi; non tamen tenetur illam acceptare pœnitenti, quia non potest obligari ad acceptandum opus, quod adimplendum sit in statu gratiae. Quod quidem si prædictus Auctor generaliter doceret, quod pœnitenti non tenetur ad accipiendo talem pœnitentiam, sed possit ad alium Confessarium recurere, reliqua Confessione imperfecta; non ita displaceat: de hoc enim potest videbitur. Quod autem dicat, id prouenire ratione talis operis, quod cùm exigat statum gratiae ad sui exequitionem, videatur excedere Confessarij potestatem: hoc, inquam, omnino displaceat: certum enim est, Ecclesiam posse præcipere Sacerdoti, ut aliquibus celebret, aut audiat Confessiones, ut ministrer aliqua Sacra menta, qua omnia fieri debent in statu gratiae:

Sup. hoc in  
fra in Ref. 37.  
§. vii. & cun  
sum ex do  
ctrina Ref.  
33. §. 1. ad  
mediū vers.  
Hoc autem  
Sacramenta, qua omnia fieri debent in statu gratiae:  
quād magis poterit Confessarius hæc præcipere, qui potest etiam actus internos in satisfactionem impone, ed quād eius potestas non arctetur ad limites fori externi? Addo nihil magis commune esse, quām imponere pro pœnitentia frequentiam Confessionis, mensura, v. g. cùm tamen certum sit non posse Sacramentum etiam Pœnitentiæ suscipi, nisi in statu gratiae; saltem in ultimo instante, quo compleat sibi sumpit Sacramentum: cur ergo ad Sacramentum etiam Eucharistia non poterit pœnitens à Confessario obligari. Et hæc omnia docet Cardinalis de Lugo. Sed ne deferas recognoscere doctissimum Theologum inclitæ Societatis Iesu Ioannem Perlinum, de frequentia, & usu Eucharistie dispeñat. 4. c. 5. per totum in quo rationes Sancij & Bau-  
cij penitus labefactat.

## RESOL. XV.

An Confessarius licetè imponat sub pœnitentia Offi-  
cium. v. g. mortuorum, vel alias Orationes reci-  
tandas pro animabus Purgatorijs? Ex part. 3. tra-  
ctat. 4. Refol. 54.

Sup. hoc in  
tribus Refol.  
seqq. & in to.  
8. tr. 10. lege  
ex Refol. 1. §.  
vii. signanter  
ad medium  
v. ii. Vnde.

§. 1. C

Vriosa est hæc quæstio, & in præf. sibi p. à  
multis exercetur. Sed negatiè respondet  
Vegan summ. 10. 2. cap. 6. cas. 4. & Sancius in select.  
disp. 16. num. 1. vbi sic asserit. Mos est plurimis Con-  
fessariis iniungere sub pœnitentia nocturnum defun-  
ctorum, Psalms, vel responsoria recitanda à pœ-  
nitentibus pro animabus in Purgatorio existentibus.  
Rectè tamen non procedunt: nam Sacramentum Pœnitentia ad remissionem culpæ, & pena pœnitentis est inflatum, & ut satisfaciat pro pena debitis, pars illa integralis (satisfactio videlicet) est ordinata contra naturam. Igitur huius institu-  
tionis erit partem satisfactionem iniungere, quæ pro  
pena debitis pœnitenti non proficit, sed aliis, &

idem est partem satisfactionem pro alienis penis in-  
iungere, atque nullam satisfactionem imponere. Ita  
Sancius, qui soluit omnia argumenta, que in contrariū adduci possunt. Nec te fallat (ait) cùm legis in  
Sanchez de mar. lib. 8. disp. 34. num. 4. dispensantem  
in foro conscientiæ in voto religionis, vel castitatis,  
posse iniungere sub pœnitentia recitate orationem  
Dominicam, & Angelicam pro animabus Purgatorijs  
nam ibi loquitur de pœnitentia in foro secreto in-  
iuncta, non autem de pœnitentia sacramentali; &  
est diſpar ratio inter forum interius, & forum sacra-  
mentale. Nec valet dicere, quod Confessarii iniun-  
gentes aliquas orationes pro pœnitenti offendas  
pro animabus Purgatorijs, tantum intendunt valo-  
rem in petitionis illis applicare. Nam respondeo,  
quod directè non prodefit animabus talis pœnitentia,  
vt probat Sancius num. 12. adde quod Confessarii tales pœnitentias iniungentes, nunquam id  
coigitur. Ergo, &c.

2. Sed his non obstantibus, post hæc scripta in-  
ueni Turrianum virum doctissimum de pœnitentia, di-  
spusat. 37. dub. 4. contra Sancium docere affirmati-  
vam sententiam, nempe posse imponi pœnitenti pro  
satisfactione sacramentali, opus pœnitiale applicandum  
pro animabus Purgatorijs, legi illum, & non pigebit.

## RESOL. XVI.

An rectè Confessarij imponant pœnitentias applican-  
das pro animabus Purgatorijs? Ex part. 3. tractat.  
addit. Refol. 11.

§. 1. H

ic casus frequentissimus est, & passim  
faciunt Confessarii. Sed ego pro ne-  
gotiata sententia in 3. part. tractat. 4. refol. 54. addi-  
tu-  
xi Ioannem Sancium, cui nunc addo Philippum de  
la Cruz in theatro Eccles. tract. 2. §. 6. num. 11. vbi sic  
legi-  
air. Noten los Confesores con cuidado lo que al pre-  
sente a qui se dira, y preuengolo assi, por tener  
conocimiento de que quotidianamente caen en esa  
falta y descuido, que quando confiesan y imponen  
la tal penitencia, la dan, dejando a los seglares,  
que rezan tantos rosarios, ayunen tantos dias; ba-  
gan decir tantas misas, y otras diligencias; Alas  
Ecclesiasticos, que rezan uno, o dos Noturnos de  
difuntos, o los Salmos Penitenciales con sus pre-  
ces, o sin ellas, o otra qualquiera oracion, y  
esto por las animas que estan en Purgatorio pate-  
ciendo, y verdaderamente hazen mal, porque el  
sacramento Sacramento de la Penitencia fu infi-  
niudo para remeter y perdonar la culpa y la pena  
del penitente, y para que satisfaga por el reato,  
a lo qual se ordena la tal satisfaccion, y assi sera con-  
tra la naturalez de aqueste instituto el imponer  
la parte de la satisfaccion al penitente, y que no le  
sea de provecho sino a otros y querer que satis-  
faga por penas agenes quedando el tal obligatio  
y cargado con las suyas proprias, y assi digo, que  
imponerle al penitente, quando se confiesa de  
modo y manera las penitencias para que satisfaga  
por las animas, es no darle ninguna penitencia, y assi  
al penitente que debla manera se le diere, aunque sea  
ya acetada, pena de pecado, ya sea grave la que le  
imponen, assi por pecados mortales no confessados,  
o confessados, y aunque sean veniales, con la co-  
mun; y enseñan Zerola, Sayro, Valencia, Corinch,  
Reginaldo, Rodriguez, Navarro y otros infinitos  
que citay signe Enríquez, a los quales se allega Bo-  
nacina; con todo esto no tiene obligacion a aplicar  
la tal penitencia por las animas de Purgatorio. El fun-  
damiento

damento es, porque la tal satisfacción fue dada imprudentemente, y el Confessor no tiene autoridad para imponer penitencias indiscutibles, y siendo la penitencia fuera de razon, no tiene el penitente obligación a cumplirla, como enfeña la comun, y trata muy bien Villalobos. Esta doctrina mas en particular resuelve Vega y Pedraza, y entre algunos anis que da al Confessor, pone estos por essenciales, y resiere los que mas hacen al intento, y a la letra dice Pedraza. Algunos dan en penitencias, que no buelna a caer en tal culpa; y otros, que si cayeren en ella, que sean obligados a hacer tal cosa; de lo qual se ha de guardar mucho el Confesor, porque esto es armar lazo al que via suelto. Otros quieren tal cosa por las almas del Purgatorio, y es desconfiado, porque la penitencia se da para satisfacer por si y por otro, &c. Lagnal doctrina patrocina tambien el Dotor Iuan Sanchez con agudeza, y parece cosa dura, que deviendo Pedro mil Ducados, y queriendo pagarlos por si para que desse modo quede desobligado y libre, se le premisa a que aquella cantidad pague por Antonio que los dene a Marcos, y que por esto el tal Pedro, queda con las cargas y obligación de pagar: así al presente deve uno pagar segun los pecados cometidos pena comun de on an en purgatorio, debe feste aplicar penitencia saludable para que quede desobligado. Llega el confesor, y manda que satisfaga por otro, o por otros que estan en penas, y así queda el tal penitente cargado con aquella obligación, que a no satisfacer el por oro camino, saliendo desta vida con ella, es fuerza la pague en el penitencio, y así se aduertia y note, que ni misas, ni oraciones, ni lisonjas, las aplique el Confesor quando confessa a alguno, y le quiere imponer la penitencia por las animas, sino por el mismo penitente que es quien ha de satisfacer, como dice muy bien el Dotor Iuan Sanchez. Ita ille. Verum pro affirmativa sententia in dicta resolut, adduxi Turrianum tractat, de Pénitent. disputatione trigesima-prima, dub. 4. & quia Codex ratus est, ponam hic per extenum eius verba, sic enim ait. Recentiores aliqui ausi sunt dicere hoc non esse licitum, & probant quia opus illud est pars Sacramenti, & fructus eius est ipsi penitenti, qui recipit Sacramentum. Mibi placet primo, satisfactionem, ut habet effectum ex opere operato, non posse pro alio offerri, vel alteri applicari, quia effectus Sacramenti ex institutione Christi datum recipiente Sacramentum. Secundò existimo, satisfactionem, qua responderet operi penitenti, ex opere operantis posse pro altero offerri, & alteri applicari, quia hec non respondet soli recipienti sacramentum, neque talis est institutione, neque fundationem ad dicendum esse talem institutionem. Tertiò existimo, opus penale posse imponi penitenti cum obligatione, ut satisfactionem ex opere operantis offerat pro anima purgatorii; nihil est enim quod hoc impedit. Ratio vero contraria opinionis solam probat, effectum ex opere operato non posse pro alio offerri. Et hac sententia est in vsu apud doctissimos homines quos ego cognosco. Dices, illud potest esse pars Sacramenti, ergo non potest pro altero offerri. Ratio est, illud opus, ut habet effectum ut partem Sacramenti, non posse pro altero offerri, bene tamen ut habet effectum ex opere operato. An vero contraria opinio recentiorum habeat probabilitatem, dicam in censura Theologia. Ita Turrianus. Sed utramque sententiam probabilem esse ego existimo.

### RESOL. XVII.

An Confessarius possit imponere penitenti, ut satisfactionem pro peccatis impostam, applicet pro antimabus Purgatori?

Et ex doctrina huius questionis infertur non solum pro defunctis, sed etiam pro vivis posse sacramentalem penitentiam imponi. Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 57.

**S. I.** **E**go alibi pro negativa sententia adduxi San-  
cium, pro affirmativa Turrianum: sed haec  
quaestio magnos excitauit rumores inter aliquos  
Theologos his Romae existentes, & ideo nunc denud-  
vulum est mihi illam pertractare. Dico igitur nouissimi-  
mè, negatiuam sententiam Sancij, me citato, docere  
Bordonum in cons. Regul. tom. 2. ref. 70. q. 4. n. 16. vbi  
tinet, quod Confessarius nullo modo imponere po-  
test penitenti pro satisfactione, ut reciter aliquam  
orationem pro animabus Defunctorum. Probatur,  
tum quia opus satisfactorium ex Sacramento Pénitentia-  
ris præcisè institutum fuit pro delendis peccatis debi-  
tis pro culpis, & peccatis iam remissis. & hoc ex pri-  
maria sua institutione: ergo non est credendum, ad  
alium finem, quam intentum à Christo Domino in  
ipsum institutio. Tum, quia Sacraenta tantum  
profunt recipientibus, & non aliis. Tum, quia Con-  
fessarius super penitentem nullum aliud ius habet,  
nisi in ordine ad salutem animæ eius: ergo illi præci-  
pere non potest, ut orationibus impositis loco pénitentie  
satisfaciat, & proficiat, neque enim penitentis,  
quatenus penitens, neque simpliciter, ut suppo-  
no, habet debitum orandi pro mortuis hic, & nunc:  
ergo neque à Confessario cogi potest: in tantum enim  
penitentis subditur Confessario in quantum penitentis  
est; cum extra hunc actum, quandoque penitentis sit aliunde Superior Confessari; sub ratione  
autem penitentis nihil debet mortuis, sed tantum si-  
bi ipsi; altera eadem difficultas moueri posset favore  
viuorum. Neque valet distinctione Turiani, quod Con-  
fessarius possit imponere satisfactionem pro mor-  
tuis ex ea parte, qua opus spectatur ex parte operantis:  
quia vt sic, hoc tantum se tenet ex parte ipsius  
penitentis, & Confessarius imponendo satisfactionem  
iniungit id solum, quod decet ad perfectionem,  
& complementum Sacramenti; consequenter satisfa-  
ctio per suam potestatem ordinatur tantum ad opus  
operatum, & ad partem sacramentalem. Vel dicas, hu-  
iusti modi considerations se tenere tantum ex parte  
penitentis, quatenus subiectum est huius Sacramenti;  
consequenter Confessarium in penitentia iniungenda  
non posse recedere à natura Sacramenti, cuius  
finis est, ut totum opus, tam ex parte operati, quam  
operantis solum profit ipsi penitenti. Deinde quan-  
doque satisfactionem ex parte operantis in peccato mor-  
tali nihil proficit, consequenter saltem in eo casu  
mortuis frustratoria est. Demum opus operantis,  
ut quid minoris conditionis, accessoriæ dependet ab  
opere operato, & per ipsum regulatur: ergo soli  
penitentis potest prodeesse, sicut opus operatum. Et  
haec omnia docet Bordonus loco citato, qui citat Phi-  
lippum à Cruz, à me anteā adductum, cui adde Ve-  
gam in Summa, tom. 2. c. 64. cap. 4.

2. Sed sententia affirmativa non desunt alij Do-  
ctores, præter Turrianum, pro qua aduentendum  
primò, in opere quolibet bono in gratia facta tria  
reperiunt, videlicet, meritum, satisfactionem, & im-  
petrationem, meritum alicuius portionis gloræ, fa-  
tificationem penar peccatis debitæ, & imprestatio-  
nem beneficij alicuius à Deo. Secundò, in opere fa-  
tisfactorio in penitentiam à Sacerdote impolito, du-

Dd 3 plicum